



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118847**

§. 44. Disciplina Monastica in variis Franciæ Asceteriis restituta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](#)

Sæc. XVII. mensis Universitas, quam hoc anno  
A. C. 1618. Leopoldus Austriæ Archidux ibidem  
erexerat.

§. XLIV.  
*Disciplina Monastica in variis Franciæ Asceteriis restituta.*

*Abrege chron. t. 3.  
pag. 417.  
Eckard Bibl.  
Script. Ord.  
Præd. tom. 2.*

Majore applausu ac successu Occitanæ Congregatio Fratrum Prædicatorum, qui instituti sui leges ad unguem observandas profitebantur, stabilita effuctore Sebastiano Michaelis natione Gallo & professione Dominicanu. His regularis disciplinæ ubique asserenda studiosissimus, jam anno Christi millesimo quingentesimo nonagesimo quarto Cænobium Claromontanum in Lutevis cernendum obtinuit pro iis, qui ad veterem disciplinam erudiri petebant: tertio autem post anno eandem vitæ normam ad Tolosanum monasterium tam felici progressu extendit, ut intra unius anni spatum coloniam ex arctioris disciplinæ cultoribus ad Albensem, & Bitericensem conventus Reformationi adjunctos emitteret. Tandem vero Henrici IV. patrocinio, & Clementis VIII. auctoritate obtinuit Sebastianus ut ex restauratis conventibus Occitana Congregatio, quæ a Provincialibus non dependeret, erigeretur, anno au-

tem

tem Domini millesimo sexcentesimo de- *Sæc. XVII.*  
 cimo tertio ex munificentia Petri Gon- *A. C. 1618.*  
 dii Cardinalis & Parisiensis Episcopi  
 cœnobium SS. Annuntiationis in via  
 S. Honorati Parisiis erexit, in quo etiam  
 Prioris munere functus die quinta Maij  
 hoc anno pie deceſſit. Ceterum præ-  
 fata hæc Congregatio postmodum in  
 duas Provincias, Tolosanam, illamque  
 Sancti Ludovici divisa fuit. Hoc item  
 anno Ludovicus XIII. Franciæ Rex Con-  
 gregationem Benedictinorum Sancti  
 Mauri Regio diplomate confirmavit.

Pariter Paulus V. Pontifex Maximus *Vid. Supræ*  
*Monialium Visitationis B. V. Mariæ Lib. 185.*  
*Congregationem, quam directore San-* *§. 41. p. 121.*  
*cto Francisco Salesio Sancta Joanna* *tom. 53.*

Francisca Fremiot a Chantal Annecii  
 ante paucos annos erexerat, Sacri Or-  
 dinis prærogativa ac privilegiis deco-  
 rabat. Sub idem quoque tempus Pa-  
 risiis celebre Seminarium Sancti Ma-  
 glorii erectum est. Magis tamen ar-  
 duum opus aggressa est Angelica Ab-  
 batissa Cisterciensis, quæ hoc anno Mal-  
 buissonensem Abbatiam ad veterem di-  
 sciplinam revocatura gravissimas per-  
 pessa est vexationes; vix enim pio huic  
 operi manum apposuerat, cum Estræa  
 Abbatissa, famosæ Gabrielinæ Estræa  
 Soror, ex monasterio, cui ob morum  
 licentiam inclusa fuerat, auffugiens

M 2 una-



Sæc. XVII. unacum pluribus dissolutæ vitæ Nobis  
A.C. 1618. libus hunc conventum sibi vendicaret,  
 opitulantibus eidem quadam Saneti-  
 moniali, & Abbatissæ Confessario: Mo-  
 igitur Angelica unacum suis ex hoc Mo-  
 nasterio vi expellitur, Pontisaram se-  
 cedere compulsa, ubi tamen haud di-  
 permanxit; postquam enim Cistercien-  
 sium Abbas Parisiensis Senatus open-  
 implorabat, mox urbis Prætori datum  
 est negotium, ut Estream, Confessa-  
 rium, & præfatam Monialem compre-  
 henderet: his autem tempestiva fuga  
 sibi consulentibus Angelica sine ulla  
 contradictione Abbatæ reformationem  
 complevit, ac postea ad plures alios  
 Conventus extendit.

§. XLV.  
*Principum, atque illustrium Virorum  
 fata.*

*Merc. Gal-  
 lob. l.3.t.12.  
 Khevenh.  
 annal. Ferd.* Inter tot calamitates, quibus Austria-  
 ca Domus ob rebellium subditorum  
 tumultus jactabatur, haud infima ama-  
 ritudinis caufa exstitit obitus Maximi-  
 liani Austriæ Archiducis, qui Magnus  
 Ordinis Equitum Teutonicorum Magi-  
 ster ac Mathiæ Cæsaris frater, cum  
 paucos admodum dies ægrotaret, Vien-  
 næ hoc anno die secunda Novembris  
 sexagenarius obiit: Hujus Principis ut-  
 pote